

AD DN. AUTOREM,

Collegam & amicum mellitissimum:

EXitus acta probat; tonus ac in fine videtur:
Ter cecinisse placet, cantio quando bona.
Cum reliquis, HARTMANE, potes certare canendo:
Si NOMEN DVRVM, MVSICA MOLLIS erit.
CONFORTAS animam: RECREAS cor: Tristia tollis:
CONFORTATIVAM jure vocare potes.
Quam STOLIDI sunt GERMANNI, dum propria temnunt,
ast Italos solos laudis honore colunt!
His textus lascivus inest, qui prurit amore,
rebus & ignotis gratia parva nitet.
Cantica sacra fones, quæ fert vernacula lingua?
Nam sic grata DEO mente gemente canes.
Perge placere piis, HARTMANE, sacrataque prone
cantica; donabit præmia justa DEVS.
Zoilus hæc rodât, sciolus sit, cantica: Næ ne-
scit sibi quid desit! Dentene? Mente caret!

JOHANNES Hoffer Coburgensis
Poeta Laureatus.